



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Epistola VII. Clementis Papae III. Ad Mersebvrgensem Et Eistetensem  
Episcopos, &c. De Ottonis Bambergensis episcopi & Pomeranorum apostoli  
canonizatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

EPISTOLA VII.  
 CLEMENTIS PAPÆ III.  
 AD MERSEBURGENSEM ET EISTETENSEM  
 EPISCOPOS, &c.

De Ottonis Bambergensis episcopi & Pomeranorum  
 apostoli canonizatione.

*Clemens episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus  
 Merseburgensi, & Eistetensi episcopis, & dilectis filiis sancti  
 Emmerami Ratisbonensis, & Sunartzensi abbatibus, Deca-  
 no, & Scholastico Vurtzburgenfi, salutem & apostolicam be-  
 nedictionem.*

**A**d audientiam nostram & quarundam serie litera-  
 rum & relatione multorum peruenit, quod diuina po-  
 tentia per merita & interuentum beati Ottonis Bamber-  
 genfis multorum est operata salutem, præcipue in gente  
 Pomeranica, ad quam fuit ab apostolica sede transmissus,  
 & in ea quampluribus miraculis donauit illi Dominus co-  
 ruscare. Quoniam igitur, iuxta diuinæ scripturæ testimo-  
 nium, lucerna non sub modio, sed supra candelabrum *Math. 5.*  
 est ponenda, discretioni vestræ per apostolica scripta  
 mandamus, quatenus de vita ipsius & miraculis diligen-  
 tius inquiratis, quæ nobis fuerunt per multorum literas  
 indicata: & si non inueneritis aliquid quod obsistat, ipsum  
 canonizatum auctoritate freti apostolica solenniter &  
 publice annuntietis; anniuersarium diem sui transitus fa-  
 cientes, & publice annuntiantes, ad honorem Dei &  
 ipsius beati viri memoriam solennem haberi. Datum La-  
 terani tertio Kalendas Maii, pontificatus nostri anno se-  
 cundo.